magog. Jn quo ne periclitetur virginitatis gradus
elegit centū quadragintaquattuor milia. Qui em
pti de terrena cōtagione cū mulierib⁹ nō ſunt coin
quinati ſed virgines ꝑmanentes ⁊ ī vtero ſanctifi-
cati mirabili ſuo exēplo ceteros īuitant ad integri-
tatis amorem: quales fuerunt ſacer hieronim⁹. do
minicus. thomas acquinas. clara virgo. ⁊ Katherīa
ſenenſis. et reliqui futuri nobis incogniti. deo autē
ſoli notiſſimi. Sequetur ergo tertius ſtatus ī refor
matione eccleſie. quo ꝓpter pecunias et vniuerſale
dn̄ium q̄ plures auaricie ſtuderent. niſi iam agn⁹
illi ſtatui ꝓuidiſſet. ⁊ ſignaſſet ac metit⁹ eſſet centū
quadragintaquattuor milia duces illuſtres. q̄ tam
ꝓclaro exēplo paupertatis fulgebunt. vt ceteri fide
les ꝓuocati facile diuitiās ſint ꝯtēpturi. Et hoc ſi-

gnificat arundinis menſura. Lapides vero precioſi ſunt particulares duodecim angeli cuſtodientes particulariter duodecim dictos patriarchas. Duodecim aũt margarete in duodecim portis ſunt duodecim reges precipui catholici in ſingulis duodecim partibus mũdi. qz ſicut in qualibet parte mũdi erit vnus patriarcha. et vnꝰ angelus. ita vnus rex. Et ita forma celi noui erit mũdus ſextus in duodecim partes Et in qualibet parte erit vnus patriarcha. vnus rex et vnus cuſtos angelus. Et hec dicunt duodecim tribus ſuſcitate a xp̄o iſraelita vero. ⁊ nõ ꝓpagate a iacob ſecũdũ diſtinctionẽ ꝓbatã a nobis ſup iſaia ꝓpheta. Cetera vocabula explanabimꝰ in lr̄a. Et hec ſufficiãt ꝑ ſecundo notando. Tertio nota. ꝙ hec ſecunda pars huiꝰ capli explanat formam futuraꝫ eccleſie. qz nõ erit celũ cũ quattuor animalibus. ⁊ vigintiquattuor ſenioribꝰ. ſed alio mõ ſicut lr̄a exprimit ſic dicens. Et venit ad me vnus de ſeptem angelis habentibꝰ ſeptẽ phialas plenas plagis nouiſſimis. Hic fuit angelus europe vt ſupra diximus. et forte ipſe eſt michael. qui primo apparuit in apulia in monte gargano. Deinde apud tumbas. Et hic locatꝰ eſt mecum dicẽs. Tu vidiſti alonge hierlm̄ ſpõſam vxorem agni. Et ſuſtulit me in montẽ magnum et altum q̄ eſt xp̄s ſuper quẽ fundata erat ciuitas q̄ eſt eccl'ia reformanda. Et hoc michi videbat in ſpũ quia corpore eram in pathmos. vt patet in primo capitulo. Et oſtendit michi ciuitatem ſanctam hieruſalem. id eſt eccleſiam deſcendenteꝫ de celo: quia tanta reformatio terreſtris a celo veniet. Et habebat claritatem dei. que eſt diuina illuminatio in credendis et agendis. et lumen illius ſimile lapidi precio-

ſo tanq̄ lapidi iaſpidi tanq̄ criſtallo. quia vita illius eccleſie erit precioſa in bonis moribus aperta ſicut criſtallus in exemplo. et vera ſine ypocriſi ſicut iaſpis. Et habebat murum magnum et altum. qꝛ cuſtodietur a magna dei bonitate. ⁊ eius alta dilectōe Et habebit portas duodecim. q̄ ſunt duodecim partes orbis ad duodecim ventos celi. Et in ſingulis portis duodecim noīa ſcripta ⁊ predeſtinata. q̄ ſunt nomina duodecim tribuum iſrael ſuſcitatorū a xp̄o iſraelita et nō ꝓpagatarum a iacob. Nam quia chriſtus eſt verus iſraelita et iſrael idcirco omnes conuerſi ad ipſum dicunt filii iſrael. ſicut clare ꝓbauimus ſuper iſaia ꝓpheta. Tota igit̄ chriſti eccl'ia erit contenta in hiis duodecim portis. Nā in oriēte erūt tres porte que erunt ſubſolana pars. ⁊ euri ⁊ vulturni. Et ita dicito ab occidente ⁊ auſtro. ⁊ ſeptētrione Atq̧ ita tota eccleſia īplebit duodecim partes mūdi. Et iſta ſic erit diſpoſita. quia murus eccleſie hui⁹ que eſt diuina cuſtodia. habebit duodecim fūdamēta. qꝛ erunt duodecim patriarchus nobiliſſimi equales. in ſingula parte vnus. Et in hiis erūt duodecim noīa apoſtolorū et agni. Quia omnes erūt ſub titulo alicuius apl'i. ⁊ romanus pōtifex ſub titulo agni. et ita erit vnū ouile et vnus paſtor. Et angelus qui loquebatur mecū habebat menſurā. Quia angel⁹ metitur merita hoīm. et preſentat ea ante deū. Et ē arundinea aurea. qꝛ tunc erunt merita imitationis auree paupertatis xp̄i. Et menſurat murum ⁊ muros. eo q̄ ille angelus vniuerſalem et particularem eccl'ie habet adminiſtrationē. Eſt eñ michael prepoſitus paradiſi quē honorificāt angelorum ciues. Et tota ciuitas eſt poſita in quadro. et erit fundata in

ſapientia et fortitudine in aduerſis et proſperis bis replicatis vt ſupra expoſuimus. Et longitudo ē tanta. quanta eſt latitudo. tam quo ad quātitatē continuā ꝙ diſcretā vt ibidē diximus. Et menſus eſt ciuitatē a porta ad portā ꝑ ſtadia duodecim. Et replicat. ꝙ in omnibus inuenit tantā longitudinem quātā latitudinem. et addit altitudo. qꝛ fides ſapientia et fortitudo erunt equalia. Ex quo cōcludit. ꝙ ſi a porta ad portā. ſūt duodecim milia ſtadia. porte autem duodecim. ergo tot⁹ ambitus ciuitatis ſunt centum quadragintaquattuor milia ſtadia. ſiue centum quadragintaquattuor milia patriarche vel hoīes ſupremi principales imitatores paupertatis chriſti. Et menſura hoīs electi ad hunc ſupremum gradum eſt menſura angeli ſiue xp̄i qui eſt angelus conſilii. Et ſtructura huius muri ſiue hoīs huius electionis erat ex lapide iaſpide vero non ſophico. qꝛ ſiue ypocriſi bonis moribus fundabunt. Ipſa quoqꝫ ciuitas laicoꝝ erit ſimilis vitro mūdo. Quia vita eorum clara erit. et erit ſimilis aurū mūdo perveram charitatem. ⁊ nō fictā modernam ſimulatam. et dicta duodecim fundamenta. qui ſunt duodecim patriarche erūt ornati oī lapide p̄cioſo. qꝛ ſicut dignitate ita p̄cioſis exēplis alios excellēt. ⁊ nota ꝙ iſti lapides p̄cioſi ſignificāt p̄rogatiuas ꝑticulares. qꝛ licet oēs patriarche ſint fundati oīm virtute. ꝗlibet tamē precellet in vna puta. In primo patriarchatu a premordinio vigebit iaſpis qui acuit viſum. et ſignificat ꝙ ꝓcellet alios in dono ſp̄us ſancti. quod eſt ſapientia circa cognitionē diuinoꝝ. In ſecūdo p̄dominabitur ſaphirus. q̄ aufert ſordes oculoꝝ. ⁊ eſt donū itellectus. ad itelligēdū humana ordinata ad diuina ⁊ In

tertio vigebit calcedoni⁹. qui fugat demones. ⁊ eſt donū timoris. In quarto precellet donū caſtitatis. ſignificate pre ſmaragdum. cui⁹ eſt cōtinentiā conferre. ſcđm albertū in minarabilib⁹. In quīto excellet humilitas. qꝛ ſardonix humilē facit et placitum. In ſexto excedet eterne dulcedinis iterata guſtatio quia ſardius gignit gaudiū. In ſeptimo ſuperabit criſolitus. qui valet cōtra timores nocturnos. et eſt donū fortitudinis dicēs. Si cōſiſtant aduerſum me caſtra. nō timebit cor meū. In octauo tranſcendet donū pietatis. q̄ ꝓmiſſionē habet vite: que nunc eſt pariter et future. facit cū victorē berillus. In nono patriarchatu lucebit topaſius. qui pugnat cōtra lunaticam paſſionē ⁊ ꝑcipitationē. et eſt donum cōſilii. In decimo erit criſopaſſus. q̄ valet contra lepras errorum. et erit donū ſcientie. Undecimus patriarchatus excellet alios in roborando mēbra ⁊ quietando qꝛ iacinctus hec habet. Et eſt illa beatitudo in hoc mūdo de qua chriſt⁹ ait. Beati pacifici. quoniā filii dei vocabunt. In duodecimo amatiſtus eſt. qui facit vigilem ſup gregē ſuū. Ergo bene dicit ꝙ omēs erunt ornati omni virtute. Sed vnus alium excellet ī aliqua. que per ſuum lapidē particularē ſignificatur. qꝛ ſicut in celo manſiones multe erunt. ita in eccleſia preparata ad ſponſum poſt mortē magog erit regina in veſtitu quidē deaurato. ſed circundata varietate. Et qꝛ porte orbis euangelici ſunt duodecim. Idcirco etiā ipſe erūt ornate duodecim margaritis. qui erunt duodecim reges xp̄ianiſſimi in ſingula parte ſingulus. et platee ciuitatis que ſunt reliquus populus erit aurum mundum et vitrum lucidum. Quia vigebunt vere charitatis perfectione. et

lucidis operibus ac exemplis. Et templum nō vidi ī ea. ſcʒ ad incitandū ad deuotionē. qꝛ ſemp erūt inci tati. Quia templū incitans erit deus omps quo ad diuinitatem: Et agnus quo ad humanitatē. Erunt tamen templa materialia ad conueniendū cōmuni= ter vt laudent et adorent ibi in ſpiritu et veritate. Et ſimiliter nō egebit ſole ꝛ luna. hoc eſt doctorib⁹ ad remouēdas tenebras errorū. Quia claritas dei ſiue fidei illuminabit eā. et lucerna eius in gibilibus erit euangeliū agni. Verūtamē ſicut tūc non erunt templa ad excitandū frigidos. ſʒ ad cōmuniter cō= ueniendū. Ita tunc doctores nō erunt neceſſarii ad fugandas hereſes que non erūt. Sed ſolum ad il= luminandū ꝛ exponendū ſcripturas ſcdm ꝙ agnus immediate dabit doctoribus lucem vere fidei ac ſci entie. p quam lucem ambulabunt omnes reges ter re ꝛ afferent oēm gloriā ſuā et honorē in audiendis doctoribus et recipiendis illuminatōib⁹ quas agn⁹ per illos doctores effundet. Et porte huius eccleſie non claudētur p diem ſiue tēpus aliquod. qꝛ nox er rorū ſciſmatū. et tribulationū vltra nō erit. Ratioꝛ qꝛ ibi nō flagellat deus vbi non eſt hereſis et mali= tia. Sʒ deſtructo gog. nullus inqnat⁹ ſciſmate erit in eccliā reformata. neqꝫ faciens abhominationem maumethanā. aut loquēs mendacia iudaica. Quia oēs erunt cōuerſi q̄ ſcripti ſunt ī libro fidei. ceteris cum magog occiſis vt ſupra dictū eſt. Et ita ſequit ꝙ vltima eccleſie reformatio quo ad mores. erit in= ſtar primitiue tēpore miſſionis ſpūs ſctī. quinimmo melior extenſiue. Quia non erit in ea ſimon magus et faciens iniquitatem. Et ideo reducetur ad cōfor mitatem ſtatus innocentie; vt viri viro exhibeatur

ſponſa virgo non habens maculam neqꝫ rugam. Et ita finis huius vite coniunget ſuo principio. ſtatui videlicet innocẽtie. Et non loquor de fine hui⁹ vite extrinſeco ſcꝫ futura beatitudine. Sed de fine huius mundi ante illum. Nam cum iſti duo fines differant pluſq̃ genere. ſicut corruptibile et incorruptibile. idcirco non poſſunt cõparari reſpectu eiuſdem circuli Et idcirco ad litteram exponunt ſolũ illi. qui dicunt finem mortalis vite coniungi principio vite eiuſdem mortalis. Sicut ſupra intelligunt lr̃ales cum dicit Ego ſum alpha et o pricipium et finis effectiue. De fine vero incorruptibili exponitur in ſenſu anagogico non litterali. ¶ Queritur. Utrum in iſto vltimo ſtatu omnes ſint futuri equales ſicut quidam litterales dixerunt. Et videtur ꝙ ſic. Nam apoſtolus dicit ad epheſios. ꝙ ipſe deus fecit inequales. et quoſdam fecit apoſtolos. alios doctores ad edificandũ corpus xp̄iane eccl'ie. donec in fine omnes occurramus in vnitatẽ fidei et agnitionis filii. Quia tũc intrabit plenitudo gentium. et om̄s iſrael ſaluus fiet vt idem apoſtolus predixit. q̄ ſecundum chriſtũ tũc in toto orbe predicabit euangelium. Et fiet vnum ouile et vnus paſtor. Ergo tũc edificato corpore xp̄i miſtico. non erit diuerſitas doctorum ⁊ paſtorũ. ſed omnes erunt laici et equales. Et confirmatur. quia vt dicit in littera. tunc nõ egebũt ſole et luna. ſed illuminatione agni. Ergo agnus immediate reget paſcet. docebitqꝫ fideles. ¶ Ad hoc ſine dubio dicim⁹. ꝙ in illo vno ouili futuro. erit diuerſitas ſtatuum. dignitatum. et perfectionum. ¶ Primo quia vt dicitur in littera chriſtus erit ei finis. ſicut fuit principiũ Sed primitiue eccleſie chriſtus fuit principium dan

do quoſdam doctores.alios apoſtolos.alios paſto-
res.alios euangeliſtas.vt patet ex toto nouo teſta-
mento.Igitur talis erit finis eccleſie ſancte.cum di-
uerſitate graduum et dignitatum. ¶ Secundo qꝛ
ipſe deus ſicut huius vite fuit primus inſtitutor.ita
nouiſſimus emendator vt in littera expoſitum fuit.
Sed inſtitute prime innocẽtie nõ fuiſſent oẽs equa
les.vt communiter tenent theologi.maxime noſter
acquinas in prima parte.q.xcvi.arti.iii. Ergo in no-
uiſſima reductione ad conſimilem ſtatum non om-
nes erunt equales. ¶ Tertio.eccleſia militans in
terram imitatur eccleſiam triumphantem in celis.
vt ait Beatus dyoniſius de eccleſiaſtica hierarchia
Sed vna magna perfectio triumphantis eſt. quia
in ea ſunt mãſiones multe inequales. Ergo ita erit
in vltimo ſtatu eccleſie militantis. Et confirmatur
quia fundamenta illius eccleſie erunt duodecim la
pides. qui duodecim dignitates et gradus ſignifi-
cant. Sed illi ſunt diſtincti coloribus et precioſita-
tibus.Ergo illa vnita eccleſia erit vna in veſtitu de
aurato fidei.ſed circũamicta varietatibus donoruꝫ
et graduum. ¶ Ad primũ dicendũ. ꝙ hec dictio do
nec ſignificat ceſſionem.vt dicebat eliudius. Sꝫ vt
dicit hieronimus cõtra eum ceſſatio eſt duplex.Una
a toto. Alia ab eſſe incompleto ad perfectius. Exẽ
plum de ceſſatione a toto eſſe. ſicut dicendo. Ego ie
iunaui donec ad nonam pulſaretur. ſignificauit. ꝙ
adueniente nona ceſſaui a toto ieiunio ad comeſti-
onem. Exemplum de ceſſatione ab eſſe incompleto
eſt illud.Sede a dextris meis donec ponam inimi-
cos tuos. Non eñ ſignificat.impera mecũ donec per
dam gog ⁊ magog.et tũc ceſſa ab ĩperio.qꝛ eſſet he

reſis. Sed ſic exponit. impera mecum imperio afflicto incõpleto bellando quouſq; ponã inimicos tuos gog ꝛ magog ſcabellum pedum tuoꝝ. deinde complete ac pacifice imperabis mecũ. Similiter exponitur illud. Factus eſt obediẽs vſq; ad mortem vbi non intelligitur ꝙ poſt mortem ceſſauerit eius obedientia et ſit effectus rebellis. ſ; ꝙ vſq; ad mortem obediẽtia fuit mixta laborib⁹ a qua ad maiorez obedientiã eſt deduct⁹ premii et glorie. Similiter expone illud. Joſeph nõ cognouit eam donec peperit. ergo cognouit eam poſtꝙ peperit. ſed dicito ante non cognouit eam cũ admixtiõe cognoſcendi poſt partum. ſed poſt etiam non cognouit eam pfectus non audẽs ei cõmiſceri. quã matrẽ dei cognoſcebat. Et ita expone auctoritatem apoſtoli ꝙ paſtores et doctores dati ſunt in edificatiõem corporis chriſti tribulati. et diuiſi ſub forma quattuor animaliũ et viginti quattuor ſeniorũ. contra beſtiam bellantium. ꝛ hoc durabit ſub hoc eſſe imperfecto. donec occurramus omnes vnitatẽ fidei. ꝛ celũ primũ abibit. ꝛ terra iam non erit ſub hoc triſti eſſe ſed ad meliorẽ formam perueniet ſub forma duodecim portarum et duodecim fundamentorum et duodecim margaritarum. et eorum que ſupra ſcripta ſunt. Alia ratio ſoluta eſt in littera. quia non egebunt ad fugationẽ errorum. ſed ad illuminatorum profectum et augmentum. Quia in illo ſtatu erunt incipientes. proficientes. perfecti. non tamen recidiuãtes. Et hec ſufficiant pro preſente capitulo.

Capitulum vltimum. De vita et moribus eccleſie iam reformate.

Et oſtendit michi flumen aque vite. ꝛc. Ordi
natis iam regnis et pōtificalib⁹ ꝑcipuis duo
decim ī vniuerſo mundo. q̄ ſunt duodecī tri-
bus iſraelite xp̄i. Nunc in hoc vltimo capitulo facit
tria. Primo ponit mores illius eccl'ie. Secundo re
plicat quedaꝫ ſupꝛadicta ibi. Et dixit michi. Tertio
ponit eccl'ie pꝛeparate deſideriū tā pꝛimitiue q̄ꝫ in-
termedie et vltime ibi. Et ſpūs et ſponſa. Pꝛīo igr̄
ponit mores eccleſie vltime ad ſimilitudineꝫ ſtatus
innocentie. Ubi nota ſm̄ doctores qꝫ in ſtatu inno-
centie fuit gratia iuſticie oꝛigīalis. qua volūtas ho
minis fuiſſet deo ſemꝑ īherens per caritatē/ et pꝛo
ximo per dilectionē. Et ideo opera eius fuiſſent me
ritoꝛia et edificatoꝛia et ſtabilia. Et ſilr̄ in illa eccle
ſia erit baptiſatis hoc donū. Et ita mores ei⁹ erūt
ꝯpoſiti beate: tam ī cōtemplatiuis q̄ꝫ actiuis. Et ſic
legatur littera. Et angelus oſtēdit michi flumē aq̄
vite. que eſt baptiſmus ꝓcedentē a thꝛono dei. cui⁹
virtute remittitur pctm̄ oꝛiginale. et a thꝛono agni
cuius ſanguinis virtute ac paſſionis habet inſtituti
onem ꝛ efficatiam vt dicūt doctores ſup. iiii. ſnīaꝝ.
Et eſt ſplendidū tanq̄ꝫ criſtallus Qꝛ coꝛpus tangit
et coꝛ abluit vt ibidē dr̄. Hic eſt impetus illius flu-
minis q̄ totam ciuitateꝫ eccl'ie letificat, vt ait dauid
pſal. xlv. Et lignum vite quod eſt caritas infuſa. eſt
in medio platee eccl'ie. qꝛ erit indebiliter īpꝛeſſa coꝛ
da fidelium. Et eſt ex vtraqꝫ pte fluminis. qꝛ ex vna
parte erit aqua amoꝛis dei ſalientis ī vitam eternā
ex alia parte erit amoꝛ pꝛoximi quem diliget tanq̄ꝫ
ſeipſum. Iſte due partes vere aque: de quibus chꝛi-
ſtus teſtimonium perhibet dicens In his duob⁹ mā
datis tota lex pendet et pꝛophete. Et facit fructus

duodecim p ſingulos menſes: q2 oī tpe conſequen
tur duo decim fructus caritatis. quos aplūs ad ga
lathas. v. c. enumerat qui ſunt. Gaudiū/amor/pax/
patientia/benignitas/bonitas/longanimitas /man
ſuetudo/fides/modeſtia/continētia/caſtitas. Et fo
lia ei⁹ que ſunt aperta exempla caritatis. erunt ad
ſanitatem gentiū cū alter accendet et inflammabit
alteꝝ. Sicut carbo carbonē Et ita nō erit vltra ma
ledictū et pronitas ad malū. ſed ad bonū. Erit me
rū iperium ⁊ ſedes agni. non cōmixtum viciis. quia
ſemper videbunt faciem dei: q2 videbunt ⁊ ſtudebūt
ſemper ſcripturis quibus relucet facies et volūtas
dei. Et habebunt ſcriptū i frontibus ſuis nomē ei⁹
q2 ſemper ſtudebunt aperte quomō placeant crea-
tori. Et non erit vltra nox erroris. neq3 egebunt lu
mine lucerne humano indito. neq3 lumine ſolis acq̄
ſito per ſtudium philoſophie. Quia dn̄s deus illu-
minabit illos lumine ifuſe fidei ac doctoꝝ: ⁊ regna
bunt in ſecula ſeculoꝝ. Quia in hoc mūdo ⁊ i alio.
Hec eſt igr̄ prima pars capituli ꝙ oēs mores eoꝝ
bene ac beate a ſpiritu ſancto inſtituti erunt. ¶ In
ſecunda parte epilogat multa que ſupra dixit. Pri
mum eſt ꝙ angelus ſibi dixit. O iohannes hec ver
ba ſiue decreta a deo ſunt tam fidelia q̄ vera. Fide
liſſima q̄dē: q2 fideliter a me tibi recitata vt de⁹ me
docuit. Vera aūt q2 iplebunt ſine diminutōe aliqua
ſucceſſiue non ſimul. Secundū eſt ꝙ dn̄s de⁹ miſit
in hoc libro ſpm̄ pphetaꝝ veteris teſtamenti. Quia
deus voluit hic colligere q̄ ſparſa erant in veteri te-
ſtamento. de ſtatu eccleſie meſſie. et miſit angelum
ſuum oſtendere ſeruis ſuis chriſtianis. quoniam il-
la oportet cito inchoare. q2 ego iohannes venio ci-

ſo ad inchoandum. Quia ſub ſancto Iohanne cepe
runt hereſes et ſciſmata eccleſie. vt patet tã in epi
ſtolis canonicis q̃ cronicis. Tertio replicat q̧ bea-
tus eſt qui legit ⁊ qui audit verba ꝓphetie hui⁹. Et
rõnem aſſignauimus in ꝓhemio huius editionis:
Quarto replicat q̧ volunt exhibere reuerentiã an
gelo quod prohibuit. Et exponatur vt ſupra. Capi
tulo. xix. Quinto quia iam preuidebat iminere ec-
cleſie ſcandala et perſecutiones. Idcirco ne horuꝫ
euentu ne ſcandaliſarentur. ſed preſcirent p̃ordina
ta a bono gubernatore deo ait. O Iohannes caue
ne occultaueris verba huius ſancte ꝓphetie. quia
cito inchoabunt oĩa Interim ꝟo ſciãt duo. Primũ
q̃dem q̧ in eccleſia ante reformationeꝫ erit ʒiʒania
mixta tritico vt qui nocet modo per hereſes ⁊ per
ſecutiones. nocebit etiã in poſterũ. Et qui ſordeſcit
modo viciis et ſciſmate etiã in poſterum ſordeſcet.
q2 a tempore ſancti Iohãnis perſecutiones ⁊ ſciſma
ta creuerunt ⁊ creſcẽt vſq; ad reformationẽ vltimã
poſt occaſum magog. ⁊ ne putes q̧ ʒiʒania ſuffocet
triticũ ait. Et q̃ modo eſt iuſtus ⁊ fidelis latin⁹. etiã
in poſterum fidem ſeruabit qui modo eſt ſanctus p
verã ſacerdotii ſanctã ĩvnctionẽ etiã ĩ poſteꝝ vero
ac ſctõ pontificatu ſctĩficabit. Sexto ait q̧ cũ vide
rint hec mala ⁊ bona mixta: non dubitent eccleſiaꝫ
diu agitatã ad ſummũ leuandã. ⁊ ʒiʒaniã euellẽdaꝫ
ex toto. Idõ ſic legat lr̃a: Ego ſum alpha et o. i. pri-
mus qui creaui adam ⁊ vltimũ electũ. Ego ſum pri
mus mũdi rex ſine cõtradictore. Ita ero nouiſſim⁹
eccleſie rex pacificus. Ego fui initium innocentie/
Ita ero finis reducendo eccleſiam ad innocenti-
am. Ideo beati erunt homines illius temporis

qui lauant pro lauabunt ⁊ dealbabunt ſtolas ſuas in ſanguine agni.i.in baptiſmo habente efficaciam in ſanguine agni. Quia habebũt poteſtatem ligni vite.eo ꝙ erũt pleni caritate ſine viciis.Et item intrabunt ĩ monarchiam vniuerſalẽ per oẽs ptes mũdi.eo ꝙ oẽs erunt xp̃iani boni pre occiſis et electis cum gog oĩbus perſecutoribus.Et ita granũ colligetur in horreũ eccleſie xp̃i.et a meſſoribus colligetur zizania ad cõburendũ cũ magog. et eiicient foras eccliam turchi et infideles oẽs q̃ ſunt canes cõtra xp̃ianos.Et ad lr̃am ſunt venefici.ĩpudici.homicide/et ydolatre blaſphemantes xp̃i diuĩtatem et facientes mendaciũ alchorani.Et ne vos o xp̃iani ſcandaliſemini futuris malis.Idcirco ego ſponſus veſter ante tẽpus miſi angelũ prenunciare hec eccleſiis oĩbus.Similiter ne dubitetis de tanta luce poſt diuturnas tenebras reminiſcamĩ.qꝛ ego ſuꝫ de genere ac radice dauid.ac per hoc ſicut ille non venit ad regni pacificuꝫ ſtatuꝫ.niſi expulſus ſepta ſaule et filio ꝓprio et longa concertatione laceſſitꝰ. Ita ego vobiſcũ nõ veniã ad vniuerſalẽ monarchiam.niſi primo eccleſia ſit martyriſata ab hereticis diſciſſa ⁊ a ſaracenis longa concertatione laceſſita et tunc ponam inimicos meos ſcabellũ pedũ meoꝝ Reminiſcamini quoqꝫ.qꝛ ego ſum ſtella ſplendida matutina.qui mane cõſtantini perſecutores ſtraui. Ita veſperi oẽs ſternam inimicos. Ego ſum ſtella illa de qua numeri libro ſcriptũ eſt.Orietꝰ ſtella ex iacob ⁊ exurget virga de iſrael ⁊ percutiet duces alienigenarum tam turchoꝝ et ſaracenoꝝ q̃ olim eccleſie mee hoſtium.Et hec de ſecunda parte capituli.

¶ In tertia parte ponit deſiderium xp̃ianorum.Et

pꝛim o eoꝛum qui tunc erunt refoꝛmati qui deſidera
bant futuramvitam pꝛe dulcedine dei dicēs. Et ſpi
ritus ſiue affectio et ſponſa illa refoꝛmata dicat ꝓ
dicet. Ueni dñe ieſu ad iudicium. qꝛ nichil aliud re-
ſtat. Deinde expꝛimit deſiderium noſtrum: qui quā
to deſiderio expectamus victoꝛias futuras ⁊ refoꝛ
mationē ipſi nobis teſtes ſumus. Et de his ait. Et
qui audiet tam pꝛeclaras futuras victoꝛias. dccet
xp̄o. O dñe ieſu veni cito cum exercitu ſancto. Ter
tio ponit deſiderium eoꝛum qui erant futuri ſub cō
ſtantino quia iam habentes totum oꝛbem deſidera
bant conſeruari in gratia. Et hoc eſt quod ait. Et q̄
ſitit grām veniat ad xp̄m. et accipiat aquā vite gra
tis. qꝛ non pꝛecio emitur. ſed ſola voluntate bona.
Ceterum quia iam ſuo tempoꝛe erant heretici qui
coꝛrumpebant apoſtolicos codices vt patet ex euā
gelíis et epiſtolis eis attributis. Idcirco ſubdit in
pꝛecationem contra eos: qui hanc ſctām ꝓphetiam
coꝛrupturi eſſent dicens. Ego iohannes conteſtoꝛ
omībus huius ſancte pꝛophetie coꝛruptoꝛibus hoc
modo. Si quis appoſuerit contrarium ad hec falſi
ficando ea. apponet illi deus plagas que ſunt ſcri-
pte in libꝛo hoc. Et ſi quis diminuerit malicio ſe ſub
trahendo aliquid de ſignificato littere. vel negan-
do/vel occultando ipſam que facta eſt ad conſolati
onem fidelium ne ſcandaliſentur in perturbato ſta
tu eccleſie auferet ei deus partem de ciuitate ſācta
ne computetur chriſtianus: et de libꝛo vite fidei vt
cōputetur infidelis. et de his que ſunt ſcripta in li-
bꝛo iſto bona anime ⁊ coꝛpoꝛis abſcidetur Et ieſus
qui eſt hoꝛum iudex et teſtis confirmat hanc ſentē-
tiam dicens. Etiam volo ⁊ ita fiat. Ultimo expꝛimit

deſiderium totius eccleſie ponens primo christū ita eam alliciente. O eccleſie mee. ecce venio nūc ad inchoanda flagella veſtra. vt vltimo tempore vos emēdatos exaltem in monarchiam vltimam orbis. Cui iohannes in perſona totius eccleſie reſpōdit dicēs: O domine ieſu veni et inchoa media. termina q̄ decreuiſti bona eccleſie tue ſancte. Et concludit iohānes epiſtolam dicens. Gratia domini noſtri ieſu xp̄i ſit cum omnibus vobis. amen. que vos preueniat cōcomitetur et proſequatur ad dei voluntatem exeq̄ndam qui de proximo inimicos ſuos ſcabellum pedū ſuoꝝ poſiturus eſt. triumphaturuſq; in ſanctis chriſtianis in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Explicit ſecundus tractatus qui eſt de futuris triūphis ſm litteras diuinas. Nunc incipit ſm aſtronomos.

¶ Incipit vltim⁹ tractatus. qui eſt de īperio turchoꝝ ſm aſtronomos eiuſdē magiſtri iohānis qui ſupra.

HEre octo anni elapſi ſunt. quibus legi Genue tractatum ſequentem. quem dedicaueram domino nicolao piſtoriēſi ſancte romane eccleſie cardinali theano vulgariter nūcupato, diſtinctum per ſequentes concluſiones.

¶ Prima concluſio.

DEi prouidentia de lege communi gubernat hec inferiora corpora mediante ſyderũ influxu. Hec cõcluſio ſic ꝓbatur. Omne multipliciter variatũ ⁊ difforme reducitur ad ſimplicit inuariabile et vniforme per media min⁹ variabilia ⁊ magis vniformia ſm Ariſtotelem. Cum nõ ſit tranſitus de extremo ad extremũ niſi per media de lege cõmuni. Sed hec corpora inferiora ſunt ſimpliciter mutabilia et difformia. Deus autem ſimpliciter immutabilis et vniformis. Corpora vero celeſtia neqꝫ ſimpliciter mutabilia. neqꝫ ſimpliciter difformia. Quare corpora inferiora de lege communi regunt a deo mediante influxu celeſti. Hec eſt cõcluſio ⁊ ratio beati thome in. iii. contra gentiles. Et. q. diſpu. de veritate. Ac etiam prima parte. q. xxii. arti. iii. Et in corpore queſtionis dicit. Qđ executio diuine prouidentie per media non eſt propter defectũ ſue virtutis. Sed magis propter abundantiam ſue bonitatis vt communicet creaturis dignitatem cauſalitatis. Quia bonum eſt ſui ipſius diffuſiuũ in alios vt ait dyoniſius. Auguſtinus quoqꝫ. iii. de trinitate ait. Corpora hec inferiora ⁊ craſſiora per corpa ſubtiliora ⁊ potẽtiora. quodã ordĩe agunt. Et dyoniſi⁹ viii. c. de diuinis noĩbus ait Radius ſolaris gñationem viſibilium confert ad vitam. vomet. nutrit. et auget. Et auguſtinus. v. de ciuitate dei ait. Non vſquequaqꝫ abſurde dici poteſt ad ſolas corporum differentias. afflatus valere ſydereos. Et damaſcenus in. ii. ſententiarum ſuarũ ait. Alii ⁊ alii planete diuerſas cõplexiones. habitus et diſpoſitiones ĩ nobis conſtituunt. ⁊ hoc modo corpora celeſtia agunt in libertatem noſtrã inclinando ſoluꝫ per diuerſas

diſpoſitiones. ⁊ non neceſſitando. eo modo quo ait ariſtoteles in. ii. de anima. Molles carne. aptos mē te dicimus. Similiter itelligit verbū xxxviii. centilo quii dicētis. Cum fuerit mercurius in natiuitate ali cuius in aliqua domoꝝ ſaturni et ipſe fortis in eſſe ſuo dat bonitatem intelligentie in rebus medullit⁹ Hec beatus thomas. iii. contra gentiles a capitulo lxxx. vſqꝫ ad. lxxxiiii. per totum.

¶ Secunda concluſio.

Dei prouidētia gubernat corpora celeſtia ⁊ oīa viſibilia p angelicā creaturaꝫ deꝫ le ge cōmuni. Hec cōcluſio pbat ſic. In eſſē tialiter ordinatis ſemper minus depēdet a nobilio re. Sed corpora celeſtia et alie creature: et angeli eſſentiales ſunt partes vniuerſi. Igr̄ omnes crea ture viſibiles ignobiles. reguntur a nobiliſſima na tura angelica. Ea ratione coacti philoſophi poſue runt intelligentias mouere orbes. Et hoc aſſerit cū aliis theologis Gregorius in. iiii. dyalogoꝝ dicens: Nichil in hoc mundo viſibili niſi per inuiſibilem cre aturam diſponi poteſt. Et auguſtinus. iii. de trinita te ait. Oīa corpora per ſpiritum vite rationalem re guntur et ſpiritus rōnalis peccator per ſpiritū vite rationalem iuſtum. Hec noſter aquinas. iii. contra tra gentiles capitulo. lxxvi. et. lxxx. Et in queſtione diſput. de veritate. q. v. arti. viii. Ex hac concluſiōe ſequitur. Qd qui iudicat per motus ſydereos non peccat. imo ſit ne dum aſtrologus: ſed optim⁹ theo logus qui iudicat executionem diuine prouidentie de lege communi. Ne hi vocantur mathematici ab eccleſia: quos etiam iam aſtrologia reprobat vt pro bauimus in noſtro opuſculo de celaturis gemmarū

Et hac via reprobi ſunt omnes: qui latrant contra ſentẽtiam litteralem aſtrologiam / qui ſemper ſunt adiſcentes: et nunꝙ ad veritatem peruenientes. vt ait apoſtolus. qui cum nichil de mathematicis. tum vel maxime de phiſicis ⁊ theologia nichil inouerũt niſi quedam communia et confuſa.

¶ Tertia concluſio.

Non repugnat fidei dicere deum punitiões hominum facere in peſte/fame/ac flagellis infidelium per influxum ſtellarum et angelorum. Nam vt dicitur in libro ſapientie. Deus armat creaturam in vltionem impiorum. Et hoc modo dicit Albertus in libro de cauſis diluuii et inundationum ꝙ non eſt impium imo verum dicere ꝙ diluuium a cauſis naturalibus que fuit conditio ponderoſorum precedens diluuiũ per ducentos ſeptuaginta nouem annos. Et in hoc apparet mira dei ſapientia que aptauit motus celeſtes tali proportiõe: vt eo tempore inducerẽt vindictam. quo preſciebat hoĩes mereri. Et ita diluuium proceſſit ab eterna ꝓuidentia et temporali executione celorum. Et quia celeſtis influxus ad pluuias. ab Alchabitio ⁊ aſtrologis vocantur value ſiue cataracte celi. Idcirco moyſes edoctus aſtrologiam vocabulo naturalis influxus vſus eſt dicens. Et cataracte celi apte ſunt Ex quo ſequitur ꝙ ſicut ex diuina prouidentia de lege. communi preordinauit malos influxus ad vltionem impiorum ita bonos preordinauit ad premium bene ac iuſte viuentium.

¶ Quarta concluſio.

E Celeſte regnum etſi ſpecialiter ſpiritu ſan=
cto regatur tamē peccatis exigentibus pro
emēdatione relinqtur celeſtibus influentiis
malis. Hoc licet probetur ex precedēte cōcluſione,
tamē ex diuinis litteris fortius roboratur quādo an
geli de babilonia dicūt. Hieremie. li. capitulo. Cura
uimus babilonem et nō eſt curata. derelinquamus
ergo eam. Et yſaie. v. caplō dicit deus. Auferam ſe
pem eius iſrael. et erit in conculcationem. Et beat⁹
thomas prima parte. q. c. xiii. articu. vi. ait. Angeli
dicuntur non cuſtodiſſe iſraelem et babilonē. qz nō
obuiauerūt qui tribulationibus ſubiacerent. Et ita
relinquuntur communi legi dei. que per angelos, ſtel
las demones. ꝛ tyrannos exercetur.

¶ Quinta concluſio.

I Uſſu dei celeſtis leo influit turchis ꝛ chriſtia=
nis. Primū patet: quia albumaſar de coniū=
ctionibus magnis tractatu quarto de climati
bus ait. Leo habet ex terris locum turchorum et
deſertum eorum. De chriſtianis dicit Ptolomeus ī
ſecundo libro. quadripartiti. capitulo. iii. Generali=
ter inquit triplicitatis orientalis dominatur quarte
occidētali. Ut ſunt Britones. germani. ytali. galli.
torini. hyſpani. Coniri ſunt vngari. Et propter ſtel=
las dominatrices qui ſunt Jupiter. mars. ꝛ ſaturn⁹
accidit vt non humilientur et libertatē appetunt. et
arma cōcupiſcūt ꝛ ſint bellicoſi periti regiminis ni=
tidi et mundi. Et regiones ſubiecte leoni ſunt Apu
lia, ytalia, gallia, ſicilia hec ibi.

¶ Sexta concluſio.

I Sonis prima medietas deſeruit turchis Se
cunda vero chriſtianis. Hec concluſio pro-
batur. Quia prima medietas illuc influit,
quorſum tendit et ſimiliter ſecunda. Sed prima ver
git verſus cancrū et ſeptrionem. Secunda verſus
virginem ac meridiem. Igitur prima deſeruit ſeptē
trionali regno. Secunda meridiano. Sed ſedes re
gni turchorum eſt andrinopolis ſeu cōſtantinopolis
que eſt ſeptētrionalior reſpectu ſedis chriſtiane que
eſt roma. Ergo prima pars eſt turchorum. Secūda
chriſtianorum

Septima concluſio.

O Rbis maximus dominatur mille annis. Hoc
patet per aſcenſiones facierū ſignorum ſm
Ptolomeum. Alboali et Indos. qui fuerunt
ante eos ⁊ chriſtum. Ubi nota ꝙ quelibet facies ſi-
gni dominatur mundo annis trecentis triginta et
quattuor menſibus. Et ita totum ſignum dominat
mille annis. In quibus apparet effectus ſigni et fa
ciei. Unde in primo milenario mūdi in quo domina
tus eſt aries et mars inuētus eſt ars fabrilis a Thu
balcaim. Et rapina et homicidia et ſtupra a Chaim
Nam ſub marthe ſunt iſta. In ſecundo milenario
taurus cum venere dominabatur. et tunc poſt dilu-
uium vinee. fructus. agricultura. et edificia. et tur-
ris babel. conſtructa fuit a Nemrot. Et vinea a Noe
que omnia ſunt ſub tauro et venere. In tertio mile
nario regnauit mercurius et gemini ſub quo fuerūt
doctiſſimi philoſophi. legiſte. geometre. et hui⁹ qua
lis fuit Moyſes. mercurius. termegiſtus. Solon.
Pictagoras. ⁊ ceteri ſapientes. Quarto milenario

fuit cancer. ſub quo ſunt naues ꝛ aque. ſub quo Xer
ſes mare nauibus conſtrauit. Quito milenario fuit
leo. ſub quo ſunt potētiora regna ꝛ dominia. Jn quo
romani orbē domuerūt. Et in principio ſexti milena
rii fuit prima facies virginis ſub qua fuit par vniuer
ſalis ſubtilitas ingenii. ꝛ apparitio chriſti. Unde in-
dicebāt. teſte Ptolomeo. et Albumazar. Aſcendit
in prima facie virginis. virgo immaculata corpore.
vultu decora. puerum lactans. et dat ei ad comedē-
dum ius. Nam ſm Oroſium et tranſlationē ſeptua
ginta iterpretum ꝛ Euſebium anno mūdi quinqꝫ mi
libus centeſimo nonageſimonono. Qui fuit Octa-
uiani annus quagrageſimuſſecūdus natus eſt xp̄s
et tunc peruenit profectio facierū ad ſextum gradū
virginis in quo aſcendit dicta virgo vt dictum eſt.
Et quia eo tēpore ibi erant due ale virginis de natu
ra mercurii et martis profecto ſignificabat ex figu
ra alata ꝙ religio chriſtiana inclinaret ad eleuatio
nem mentis et religionis. Ex mercurio vero ad pro
funditatē ſcientie. et ex marte ad conſtantiā mar-
tyrii. quod ſub herode ab innocētib⁹ cepit. ꝙ vt ait
Beda in omelia eorum. futura chriſtianorū cedem
martyrumqꝫ ſtragem ſignificauit. Et circa mūdi an
nos quinqꝫ milia ſeptingentos. venit ꝓfectio ad ter
tiam faciem virginis. in qua aſcendit mulier alba et
compta ſed ſurda. Jn qua preualuit pſeudo ꝓphe-
ta et beſtia effeminata ſepta maumethi. que in pri-
mis ornatu et libidini vacat. et deinde eſt ſurda no
lens rationes audire. ſed gladio legē defenſare iu-
bens. Nec ſic de veritate religionum et chriſti nati-
uitate iudicare eſt contra fidem vt quidam incon-
ſiderate pronunciant. quia propter hoc chriſtus nō

fuit ſtellis ſubiectus ſed libere ab eterno ſtellarum influxum hunc ordinauit et elegit ſub quo carnem ſuſciperet. et fidem ſummam predicaret. nec propter ſe hoc elegit. ſed propter noſtram ſalutem. vt nulla hominibus eſſet excuſatio ad credulitatem: quibus etiam fauebant celi iuſſu dei.

¶ Octaua concluſio.

Orbis magnus dominatur trecentiſſeptuagita annis. Et dicitur magnus ad differentiaꝫ orbis maximi precedentis. Et hec concluſio probatur ex Hali. et aliis facientibus directionis a diluuio.

¶ Nona concluſio.

Sunt centū ſeptuagintaunus annus quo dominiū cepit ab orbe magno ī leone. ⁊ reſtāt nouē anni. quo incipiet profectio ad ſecūdā medietatē leonis. Prima pars ꝓbatur ex hoc. ꝙ de orbe magno iā completi ſunt tredecim orbes. atqꝫ ita totus cancer eſt cōpletus. Jtē ab illo tpē vſqꝫ ad hunc preſentē annū ſalutis. M.cccc.lxxi. reſtant de orbe leonis. C.lxxi. annꝰ. Ergo iā ſunt. C.lxx. annꝰ quo poſt cācrū orbis leonis cepit. Secūda pars cōcluſionis ꝓbatur ex hoc. ꝙ medietas orbis magni eſt C.lxxx. annorum. Sed iam de leone tranſierunt. C.lxxi. Ergo reſtant nouem anni quibus complebitur prima medietas: Et iam imperium horum turchorum cepit iam ſunt. C.lxxi. annus. Jn quo peruenit directio facierum ad locum in quo aſcendit vir vehemens arcu vtens et nudus. qui eſt imperium ipſorum arcu vtentium et denudandorum ſub ſeptimo rege. vt in apocalipſi expoſuimus.

¶ Decima concluſio

Fauor turchorum īcipiet decreſcere anno ſalutis. M. cccc. lxxx. Et incipiet paulatim deuolui ad xp̄ianos. Hec concluſio ꝓbat̄ duplici via. Primo via naturali ſic. Anno dicto complebitur prima medietas leonis. et anno ſequente. ſ. M. cccc. lxxxi. incipit alia. vt ſupra expoſitum eſt. Sed prima medietas eſt turchoꝝ. Secunda xp̄ianorum. vt ſupra diximus. Ergo fauor turchoꝝ incipiet decreſcere circa dictū tempus. Et fauor xp̄ianorum incipiet expergiſci et ſuſcitari. Secundo ꝓbatur ꝑ ſctām ꝓphetiam euangeliſte iohannis quā ſupra expoſuimus apocalipſis. capitulo. xvii. Quod ſub filio huius turchi ceſſabit eoꝝ īperium. Sed iā huic rei ſumus ꝓpinqui. Quia vt euidentia facti oñdet / erit iam huius turchi vita breuis Ergo circa dictum tēpus fauor latinoꝝ incipiet creſcere. Nec ſtupor ſit aduētus eius in apuliam. quia prima via ſalutis quod minime reus graia pandetur ab vrbe. Puto enim ſicut excidium Troie primum ab apulis venit. ita turchorum excidium ab apul'e principe inchoabitur vt publice. Et legi genue / et ſcripſi ad eundem dominum cardinalem: in cuius iudicii copiis publicis hoc etiam additum eſt et publice lectum. Quod ſi vita concomitabitur glorioſo Regi Ferdinando. clarior euadet alexandro. Hec non ſunt nouiter pronunciata. ſed publice ſcripta et lecta a me. Milleſimo quadringenteſimo. lxxi. in eccleſia noſtra in lectione publica vt teſtis eſt fere tota nobilitas genue. Hec autem beatiſſime pater ac incliti reges / et illuſtres ſenatus replico: Ut accenſis animis magis intruculentiſſimum hoſtem chriſtiani nominis inſurgatis. Neq̃ tam ſi

dei q̄ regum et nobilium hoſtis eſt dicendus. Non enim vilium capit ſitit. Sed decolat reges truncat principes ⁊ eorum theſauros ſurripit ſenatuum eraria publica gemmaſq predatur. nobilium vxores et filias ſtuprat. et lupanari infamia polluit. Nolite o chriſtianiſſimi reges ac principes et clari ſenatus opinari. q res pontificis et fidei agatur ſꝫ magis veſtra. Quod profecto intelligeritis. ſi exempla patriarum quas cepit ante oculos poneretis. Neq enim vobis minora inferet ſupplicia. et rerum veſtrarum non minores concedet rapinas. aut ſtupra minora ante oculos filiarum et vxorum veſtrarum. q̄ in ceteros reges ⁊ principes patricios et ſenatus effecerit. Cur igitur in iram contra hoſtē generis humani. ymo contra hoſtem regum et nobiliū non conſurgitis. Cur moramini vltionem fidei. ⁊ ſāguinis nobilium xp̄ianorum. Cur legatiões veſtras cum oliuo pacis non committitis. Forte terret vos frequens eius victoria. Sed olim contra feminas grecos pugnauit ⁊ quibus deus erat iratus ob heresim. Nunc cum viris ſibi conſerendum eſt. qui nauiculam ſancti petri fluctuantem iuuant ⁊ quibus preſto eſt ſaluator. Sed formidatis forte diuitias eius. Eya agite miles chriſti ille potius vos accendant. quoniam chriſtianis noſtris ſurripuit. Non enim vt iohannis ſancte prophetie accedam non in q̄ ei deus hereticorum regna diuitiaſq conceſſit vt poſſideat qui eſt in iteritū cito iturus. Sed vt geminarum et lapillorum illorum ſplendorem diuitiaſq cuſtodiat vobis xp̄i pugnatoribus. qr diuitias quas deuorauit euomet. et īperia ꝓuinciaſq in ait⁹ vobis reſtituet. At forte multitudinē exercit⁹ e

apparatus eius timetis. Sed ſi hoc athenienſes aut alexander timuiſſent. neqꝫ athenienſes infinitã claſſem Xerſes potentiſſimi deleuiſſent. Neqꝫ alexander innumeras Darii copias ſtrauiſſet. aut monarchiã eius potentiſſimam euaſiſſet. Nõ eñ eſt in multitudine victoria belli inquit preclariſſimus hebreus ille imperator iudas machabeus. Sed a celo eſt. et animi virtute. Sumptus ĩquis deficiunt annui. Sꝫ dabuntur ex hoſtium preda. Nam boni imperatoris eſt ſumptus militibus dare primos. Deinde ad hoſtium predam allicere. animoſqꝫ accendere. ſꝫ nõ ante prede vacare ꝙ̃ bellũ ſit confectum. primis aggreſſoribus dona largiri. captis patriis vt ſub dictis multa imponere. Hiis artibꝰ alexãder magnus Hiis artibꝰ gotfridus de billon. dux latoringie poſt occaſum ſui exercitus in ponto. Hiis artibꝰ hic turchus. Hiis tandem ⁊ vos artibus vos veſtroſqꝫ dilatabitis. animos militum accẽdetis aduerſarios nedum territabitis ſed etiam debellaturis ⁊ modicis ſumptibus expeditiones maximas conficietis. Tãtum ſit vobis animus vt deus qui pollicetur victoriam vobis preſto erit. Sed diſſidia noſtra dicetis obſunt. Equidem non proſunt. Sed celerrime ea finietis ſi legatos ad pontificem mittetis cum plena auctoritate. vt ſimul omnes ſorte data eligant imperatorem conſtantinopolitanum. cui omnes faueant. crucem pro eo in turchos predicetur. capta conſtantinopoli genuenſibus ac venetis adiutoribus ꝙ̃ ſua fuerant reddat ⁊ cetera pacis iuuamina offerat Nam vt ait philoſophus. xi. methaphiſice. Pluralitas principatuum cum ſit mala. Unus oportet ſit princeps ad res oĩs bene diſponendas. Ergo neqꝫ

chriſtiani bene conuenient: niſi vnum orientis ĩperatorem vnanimes. ſiue electione libera. ſiue ſorte poſita ex deo eligant in quem totius orbis oculi coniectentur. Hec ſunt beatiſſime pater et chriſtianiſſimi reges ac ſenatus que deus iuſſit vt ſcriberem in quibus ſi quid dictum eſt quod placeat. ſit ad laudem dei de proximo triumphaturi de infidelibus. Si quid vero minus erudite prolatum eſt. vos veſtra innata benignitate veniam concedetis. Uobis vero et futuro imperatori orientis deus ipſe vnionē pacem et victoriam concedet in euum. Amen.

¶ Ex genua. M.cccc.lxxx. die. xxxi. Martii in ſabbato ſancto completum.

¶ Explicit opus Magiſtri Johannis Nānis de futuris chriſtianorum triūphis in turchos ⁊ ſaracenos. Ad beatiſſimum pontificem maximū ſixtū quartum Et reges principes/ac ſenatus chriſtianos.

Incun.
1495
.N3
c.1

435654